Quelle: http://manuscripta.at/?ID=763
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

sapiens coram eorum dicentes eum se esse
sapientes stulti facti sunt Magna
quippe obscuritas est superbia et vani
de stulta sapientia alios se preferre
velle Contra quod idem apostolus ait si
quis videtur inter vos sapiens esse
stultus fiat ut sit sapiens Sapiens
ad eum habemus unigenitum stultitia apud
deum quia magna sapientia est omnibus se in
dicare inferiorem unde scriptum est
Quanto maior es humilia te in omnibus
Hinc ait discipulos suos nec qs
contentio erat statim ad humilita
tem invocat dicens Qui maior e
vestrum efficiatur sicut minor Et ipse filius
hominis non venit ministrari sed ministrare
et animam suam dare redemptionem
pro multis Ergo habitemus unanimes
in domo una Bonum ecce et iucundum
est habitare fratres in unum Non
tantum placent deo manus innocentes
nec oblationes munda sacrificia quantum concordia Ideo dicitur in evangelio
Vade prius reconciliari fratri tuo
et tunc veniens offerre munus tuum
Ex istis verbis patet quia qui
concordiam non habet oblationem deo offerre dignum sacrificium non
valet Pensare ergo debemus quid
sit apud deum concordia vitis sine
qua non placet ipsa sacrificia quibus delentur peccata Et secundum est quia
ad communionem venimus cotidie
dyabolum certamen assumimus
Nichil autem est quod ipse timeat
quantum caritatis virtutem Nam
si distribuimus totum quod habemus
propter deum Hoc dyabolus non timet
quia ipse nichil possidet si tenuitatem
hoc ipse non metuit quia abnegamus
omnia Si vigilemus nunc non timet
quia ipse somnum non patitur Sed si
caritate conjugimur nunc vehementer
expavescat quia hoc tenemus in omnibus
quod ipse tenere contempsit in celo
Hinc est quod sancta ecclia terribilis esse ut
castrorum acies describitur Quia si
ut hostes timent quando aciem castrorum bene ordinatam et contractam
ad bellum vident ita minimum dyabolus expavescat quando spiritales virtutes virtutum armis armatos in unitate concordie vinci conspiciat et se victum vehementer doleat cum eos
discordiam dimittere et penetrare
non valet Hinc de duo scriptum
est Factus est in pace locus eius et in
habitatione ejus potentias arcum fractum
gladium et bellum Ex istis verbis
patet quia dia dyabolica arma
frangit concordia Et sic vos aia
una et cor unum in deo Hec sunt
munera spiritus quas expiationis nie
oblationes offerre dignum deo
debemus sicut ipsa sapientia premi
ttit dicens Fili da mihi cor tuum Quis
enim corde et voluntate conjungimur
ad deum Ergo si corpore separamur
a seculo corde et animo nitamur
deo ut possimus veraciter dicere
Michi autem adherere deo bonum est
Nam qui adheret deo unus spiritus est